



00  
Kk

I  
5.  
N° 32

Zur Bibliothek des Königs und Herzogs von Sachsen  
Mit dem beigegebenen Aufdruck.

37

PROGRAMMA  
DE  
**NATALI CHRISTI,**  
**CONNVBII EIVS**  
**CVM ECCLESIA NATALI.**

FESTO  
NATIVITATIS CHRISTI  
A. R. S. MDCCXLVI  
IN ACADEMIA IULIA CAROLINA  
P. P.

INTERPRETE  
**IOAN. GVLFGANG. KIPPINGIO,**  
ICTO ET ANTECESSORE, ACADEMIAE P. T.  
PRO - RECTOR E.

---

HELMSTADII  
TYPIS PAULI DIETERICI SCHNORRII  
ACAD. TYPOGR.

CHRISTI  
NATALI

CONVENTUS ETIA

CAN. ECCLESIA NATALI

TESTO

NATIVITATIS CHRISTI

IN ACADEMIA ITALIA CAROLINA

TESTO

JOAN. GAVOTGENG RIBLINGIO  
TESTO ET ACADEMICORUM ACADEMIALE T  
PROLOGO

INTROITUS

TESTO ET ACADEMICORUM ACADEMIALE T

PROLOGO



also queritur genus humanum de con-  
ditione sua, quod ad calamitates ac-  
cipiendas, perferendosque dolores  
petius, quam ad commoditates &  
prosperitates habendas, natum fit,  
quod anguste habitet virtus in mun-  
do, quod esse felicibus haud liceat,  
nisi quibus res secundas decreuerit  
rerum dominatoris, Dei, plenissimum voluntatis ar-  
bitrium, nequicquam reliquis beatitati inhiantibus,  
quos illa odisse & fugere videatur. Sic enim a Deo  
fata hominum descripta comminiscuntur iniqui rerum di-  
uinarum aestimatores, quasi non e parentis optimi, sed  
tyranni voluntate nostra pendeat fors, quasi tortor & car-  
nis ex adquisitissima nos supplicio designasset, nec nisi  
inuentis & datis iis lactaretur. O aeterno supplicio dignam  
iniuriam, qua supremum, idemque benignissimum Nu-  
men adiciunt nefari mortales. Non diuinam voluntatem,  
sed nostram accusamus malitiā, par est: omnes nos sal-  
uos fieri vult auctor noster: omnes ad beatitudinem vo-  
cat: nos, nos venire nolumus: paucissimi conditionem  
accipiunt: plurimi scientes prudentes perirent: plurimi  
stulti se perditum eunt. Quod si humanae rationi non  
A 2 datum

datum est, e creatis rebus creatorem omnino exculpere, quem tanquam in tenebris errans, manibusque palpans, vix extremis digitis attingit: (\*) quodsi ex eius natura, maximam nobis partem incognita, vix efficit, non potuisse Deum non fingere homines alios, atque nunc sunt, hoc est beatos, quales natura haud esse nos, etiam a diuinis foederibus alienissimi vident: diuinitus reuelatae veritates nos edocent, (\*\*) *talem generatum a Deo hominem esse*, ut eius exemplum in parua imagine fuerit. Quid? quod diuina oracula planum faciunt, postquam pristina illa felicitate excidit homo, *sic Deum dilexisse mundum, ut Filium suum unigenitum daret, vt, quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut dammum mundum, sed ut seruetur mundus per eum. *Qui credit in eum, non condemnatur; qui vero non credit, iam condemnatus est;* quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei. (\*\*\*) Quantus amor! inimicos suo redimere sanguine, nullo alio pacto, nulla alia mercede, quam hac, ut redemptos se esse sentiant, gratiam factam cupiant & accipiant, atque redemptori fidem habeant. Quod enim a primo homine postulauit Deus, suoque iure perpetuo virgere poteat, ut creatorem & seruatorem suum redamaret, id non amplius primum est, quod poscat diuina bonitas homines ut credant id primum est: hoc ubi fit, (non autem fieri potest, nisi ipso Deo effectore,) mutuus per se consequitur amor; postquam *gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* (\*\*\*\*) O incredibilem dilectionem! quam sicuti nunquam non re probat & explicat purissimus amator noster, ita & verbis significantissimis, pictisque quasi ima-

(\*) Actor. XVII. 27. Εγενόμη τὸν κύριον εἰς ἄπογειαν φυλακίσθεντας ἀντίν τοις λογοτε-

(\*\*) Quaerere dominum, si forte attrectent eum & inuenianti

(\*\*\*) Genef. I. 27.

(\*\*\*\*) Ioan. III. 16. seq.

(\*\*\*\*) Ioan. I. 17.

5

imaginibus expressit in arcanis sanctae religionis literis. Quod enim in vniuersa natura intimam declarat coniunctionem, summam prodit benevolentiam, admirabilem caritatem indicat, eo omni virtutum Deus ad suum erga nos ardentissimum amorem ostendendum, nostram pietatem mutuam voluntatem & studium, nostram pietatem eliciendam & excitandam. E multis vnum & alterum hic protulisse exemplum sufficiat. Si rerum publicarum administratores, non dicam religiosi, saltem prudentes, & verae vtilitatis studiofi, vel sui commodi causa in oculis ferunt suae potestati subiectos, multo magis vniuersi rector homines, in quibus olim expertus est, quid efficere possit, benevolentia sua complectitur, in primis autem suae ciuitatis ciues, tanquam pullos ex ovis exclusos, auium more souet, tuerit, & beneficis cumulat, siquidem firmiore fundamento haud nititur, quin nullo alio, quam a more diuino nititur ciuitas Dei. Vnde Psaltes : (\*)

A 3                          Fun-

(\*) Psalmo LXXXVII. Non montium, (quos Jerusalēm concluderat, quorumque meminist Psaltes,) consideratione physica acquisire putamus, Dei Sp̄ritum, verum adscendit ille altius, inueniens fundamentum ecclesiae firmissimum, eminentiam eius uniuersi conficiunt, (lietnon sensu Papisticō) robur inexpugnabile. GEIERS Comment. ad h. Ps. Confer. finimilia loca. Ps. CXVIII. 22. I. Cor. III. II. Eph. II. 20. Matth. XVI. 18. Quod vel ipse Psalmus comprobat verbis consequentibus, quae non minus Iudeorum Magistris reclamant, quam scriptoribus, ad Mariam Deiparam transferentibus verba Prophetae. Conferatur GERMANI ARCHI-EPISCOPI CONSTANTINO-POLITANI Oratio in Encœnia venerandæ Aedis sanctissimæ Domini nostre Dei Genitricis, adiecta Manipulo Originum rerumque Constantiopolitanarum, quam cum LEONIS ALIATII de Symposium Scriptis Diariis, Parisiis A. MDCLXIV. edidit F. FRANCISCVS COMBEPIS. Speciminis loco haec ex illa Oratione adferre licebit: Λεοδόσιου Ἰανθίνη περὶ τῆς ἡ πόλις τῆς Θεᾶς, οἵας οἵας εἰς πνεύματα ὑπέβαθε Δαρεῖος πάλιν ὕπτως ὑφελότατα, περὶ

Fundamenta eius (a Deo conditae ciuitatis, ecclesiae  
Christi) sunt in montibus sanctis. DILIGIT בָּנָה  
Iehova portas Tzioris supra quam villa tabernacula Ieha-  
kobi.

ἵς δεδοξασμένη λειλάπται, καθάν τῇ βασιλέως τῷ μεγάλῳ πόλιν δὲ τάν-  
την οἷμας συθίσται, ποτὶ ἀνατρέψινοτατα, τὴν ὄντα βαλλεγέμενην, ποτὶ  
πατῶν ὑπερέχειν Φάνα, εἰς ὑπεροχή δουκινάτων, ποτὶ ὑψη γεωδότων ἐπαρ-  
μένων· ἀλλὰ τὸν τῇ μεγάλῳ πόλι τὸν ἔβαλον ἐπεργασμένον Θεούσκον  
ἐν ὁ ὄντα ὃν βασιλεὺς τὸν βασιλεύοντα, ποτὶ κύρος τῶν κυριεύοντων κατ-  
εσκόνετε, μᾶλλον δέ, ἐν ὅ παν τῷ πλήρωμα τῇ ἀετίτος κατέκτησε σωμα-  
τικώς. Αὐτὸν ὄντα δεδημιουργὸν πόλεως ἀρχὴν νομῆ Σιων· πατέτω,  
οὐασ-  
ποτὶ Δαβὶδ θεόθεν προσεκαύσαντον. οὐ δὲ τις ποτὶ ταῦτης οἷμας δεδοξασμένην  
πόλιν παρέστη, ἀλλὰ τὴν αὐλαθέαν ποτὶ τῷ πάντῃ Φίλει. εἰ τοῦ οἰκου δι-  
δούσαται ἐπὶ τὸν γανὸν ἐπικεκλητον, εἰ μακρὸν τὸν αὐλαθέαν τὸν πλησίον δια-  
σύνεστον ἄλλων δὲ ἐν ἑδὲ δὲ διὰ κατέλαν δικαιον τὸ ὀβλατὰ Φίλει, σύντοιχος ποτὶ  
τεμένη, ποτὶ ἡδονα μέρος ποτὶ τὸν οἶμαντο, εἰ ποτὶ τῷ Φίλει μονῆ ἀλλ’ ἐν  
περιπτίτατο, ποτὶ ὡς αὐτοὶ περί τὸν οἶμαντο, τοῖς τῶν ἴφελεσθαι φέρεται δικαιοσ-  
οδογαν, τι ἐν τῷ ἄποι περὶ τῇ θεοδηξίᾳ ποτὶ παναγίας κύρος τῆς πανα-  
γίατος ποτὶ παναγίας. εἰ ποτὶ ὑπόλιθοι καθικος τὸ ξειράλων ἐχρηματί-  
σε. Χοτὲ, δικαιος ἥγαν ποτὶ ὁ τάντος παναγίας κύρος, ἐποτὶ τὸ ἐναντία σημα-  
τον ἀρρύθμενον, πόλις δεδοξασμένη ἐπὶ τῷ ποτὶ παναγίατο, πόλις ἐποτὶσθεν  
ποτὶ Ἀγιοῦ βασιλεῦ πολιτογράφου τὸν ἑρῷον ἀλλὰ τῷ ἀπειλεῖν, τῷ εἰς  
ὅντα αἰώνιον παρκεπίποτον ποτὶ ξειράλων τὸν ἄντοι τοῖς ἀντοι τρανίου παρ-  
έχοντα. Gloriofa dicta, sicut de te, Ciuitas Dei; diuinus nobis in  
spiritu succinii David; vere rursum clarissime, de qua dicta sunt  
gloriofa, nimisum ciuitatem magni regis aperiissime vocans,  
ciraque omnem dubitationem, eam quae vere electa est, cunctis  
que eminet; non altius fastigiatis aedibus, non tumulis surrigen-  
tibus; sed quae diuinarum excellentiumque virtutum magnifi-  
centia, ac praeflanti proritate, castissima ac immaculissima Dei  
Genitrix Maria longe praecelet. In qua, qui est vere rex re-  
gum Ε̄ Dominus dominantium, habitauit; vel potius, in quo  
omnis plenitudo diuinitatis habitaculum corporaliter habituit.  
Haec vere gloriofa ciuitas; haec spiritualis Sion. Hanc, puto,  
diuinitus David corde praefago, alte praedicauit. Sin autem  
etiam quicquam eius sacram aedem, ciuitatem gloriofam vocau-  
erit, nihil veritatis honestique metas excesserit. Si enim illi, quo-  
rum

kobi. Honorificissima sunt, quaecunque praedicantur de te, o ciuitas Dei, summe honorifica. Memor ero Rahab & Babylonis, scientium me. Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illuc. Ideo de Tzzone dicitur, hic & ille vir genitus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum, qui geniti in ea fuerint. Quapropter canunt & exultant omnes fontes virtutis meae de te. Supercedeo omnibus Sacrae Scripturae loca congerere, summum Dei fauorem testantia, quo suae ciuitatis administrationem ita mollit & temperat, ut magis bene de ciuibus suis promoveri, quam vi & imperio cosdem regere, & coercere velle videatur. Enimvero quantum quantum sit, vel esse possit, Imperantium fauor & caritas erga ciues suos, tantus tamen non est, vt suae conditionis, suorum iuriuum, suae naturae confortes & socios facere possint, aut si possent omnes facere velint, quippe quod nec per imperii indolem licet. Non igitur Deus suam caritatem cum sola magistratum voluntare & propensione erga subiectos componit, cum inter viramque nimium quantum interficit: maior est quidam in rerum natura & ardenter amor, qui si diuinum haud aequat, tamen ab eo proprius abest, quam reliquae omnes caritates. Coniugum fida coniunctio, o-

mini-

---

rum nomina in terra celebrata sunt, appellationis memoriam in longos annos conseruant; aliorum nibilominus, quorum nomina in labiis ferre nefas, tituli, delubra ac simulacra usque in hodiernum diem, est nomine tantum vocisque sono, at protracta zamen sunt, velutque ipsi forent superstites, simpliciorum animalium perfringunt; quid de gloriofa omnique laude dignissima, in rememorans illa ac immaculatissima puella Virgine, quippe tam dixerit? Si quidem enim haec animata Christi regis ciuitas existit, merito etiam eius Sanctissima Aedes, cuius & hodie Encœnia celebrando, gloriofa ciuitas estque pariter & muncipatur. Neque ciuitas, non terreno ac mortali regi subiectos adscribens ciues; sed coelestis, qui ipsum sequentes tranmittit in vitam aeternam, regnoque suo impertit.

mnium societatum sanctissima, p̄ae reliquis aeterno opifici digna est vita, quae foedus illud sacrum referret, quod cum ea humani generis parte coire ab aeterno decreuit, quam salutis suae cupidam fore, hancque per Christum datam acceperuram esse praeuidit. Evidem ad eandem salutem omnes homines vocavit, sed non nisi salua sanctitate, salua iustitia, & sapientia sua vocare potuit, hoc est ita, ut ad salutem non obtorso collo raperentur homines, nec lata & impura via quasi ebrii & somniculosi peruenirent, sed sponte diuinum ducem sequentes, angusta semita sanguine filii dei purgata, eiusque vestigiis notata, vigilantes ad illam contendenter. Cuius consilii rationes expōnere cum haud varet, propositum nobis est, paucis exponere, coniubium coniuxisse Deum cum hominibus, non omnibus quidem, attamen tot, quot suo amori demonstrando satis esse duxit, quotque ab interitu retrahere seſe patiuntur, (quem hominum numerum ecclesiam appellat Dei spiritus,) eiusque coniubii natalem cum natali Christi, siue illa die, qua anniversarii sacris memoriam nati Christi renouamus, vna celebrandam esse. Ut autem intelligatis CIVES, quid sit id, quod tractemus, & bonum est, & doctorem decet, nostram de CHRISTI CONNVBIO CVM ECCLESIA Paraenſis a definitione profici. Coniugium generatim & ad naturae leges consideratum est (\*) societas maris & feminae, sobolis procreandae & educandae, mutuique auxiliū cauſa inita. Ut vel perpetua, vel unius maris & unius feminae societas esse debeat, id naturam praecipere negant, si non omnes, certe plurimi Iuris naturae Doctores. Sed CHRISTVS opti-

(\*) Nescimus, quid magno GROTIUS de Iure Belli & Pacis, Lib. II. Cap. V. §. VIII. n. 2. in mentem venerit, vt coniugium natura-  
 liter esse existimauerit talem cohabitationem maris cum femina,  
 quae femina constitutus quas sub oculis & custodia matris. Quae  
 verba imperfectam coniugii ideam sicut sunt. Cf. GRONOVII  
 Nota ad I. c.

optimus diuinae legis interpres, Patris consilium & voluntatem hoc modo explicit: Matth. XIX, 4. seqq. 'Οὐκ αἰνύστε, ὅτι ὁ ποίητας αὐτὸς αἴχνει, ἀλλεπέντε καὶ θῆμα ἐνσύνεται αὐτῷ; καὶ ἔπειν ἔπειν τέττα παταλεῖψει ἀνθρώπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ πρεσβυτεληγάθεται τῇ γυναικὶ αὐτῷ· καὶ ἔσονται (\*) οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. (\*\*)' Οὐσε ἐπ' ἐτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὸδεξ μία· ὁ ἐγὼ ὁ Θεός συνέζευξεν, ἀνθρώπος μὲν χωρίζεται. Λέγεσθον αὐτῷ· τί ἐγ Μωϋσῆς ἐντείλατο δύοις βέβλοις αποστασίαις, καὶ απολέσθαι αὐτῶν; Λέγει αὐτοῖς· ἐπὶ Μωϋσῆς πρᾶσ τὴν συληγορίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολύτου τὰς γυναικας ὑμῶν ἀπὸ αἴχνης δὲ εἰ γένονται ἐτο. Λέγω δὲ ἡμῖν, ὅτι ἐν τῷ εὐελπίᾳ τὴν γυναικαν αὐτῷ, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γενιτοῦ ἀλλον, μοιχάται· καὶ ἐπολελυμένην γαμήσας, μοιχεύει. Non legiſis opificem ab initio fecisse masculum & foeminam? et dixisse: propterea derelinquet homo

B

(\*) Egregia sunt, quae habet CLERICVS in Annos, ad N.T. ad h. l.  
Eo spectant hoc verba, ut significent, eam esse mentem Dei in  
coniunctione viri & mulieris, ut adeo arcte coniungantur, ut ve-  
luti una persona stiant, ac protinus futuri nonquam possint. Sa-  
tis liquet, consilium hoc Dei spectasse ad utilitatem humanae so-  
cietas, quae non potuit non vehementer turbari diuinitatis. Se-  
parations eiusmodi pro arbitrio factae, contrariae plane erant  
humanitati, utilitati familiarium, & rectae educationi libero-  
rum. Quin & ipsi liberi eo adduciebantur, ut sibi temperare  
non possent, quominus patrem aut matrem auersarentur, prout  
iudicabant alterutrum deligiisse, & diuinitii causam fuisse.

(\*\*) Idem c. l. At, inquiet, Deus cam videtur mutare debuisse. Ve-  
rum hoc esset, si Deus in domum hominum, infinitae suae poten-  
tiae ope, soleret mutare; sed cum eam in rem vitatur plerunque  
legibus, minis, promissis, aliusque eiusmodi, se gerere aliter non  
potuit, quando nullae leges Iudeos hoc in negotio emendare po-  
terant. Noluit ergo imponere Iudeis, quod se impetraturum  
non esse vidit. Ita Solon Draconis severas nimium leges emen-  
daturus, hac ratione partim nitiebatur, quam habet Plutarchus  
in eius vita: Δᾶ ποὺς τὸ δόνατον γράφετος τὸν νόον, ἐ βελτερα χρησι-  
μως ἀλλα, ἀλλα μὴ ποὺς ἀλλογενῶς κολάζειν. Oportet legem scribi  
secundum id, quod obtineri potest, si quis velit paucos vitiliter,  
non multos iunialiter punire.

bomo patrem & matrem, & agglutinabitur vxori suae: & qui duo (fuerant,) erunt una caro? quod ergo Deus coniunxit, homo ne se iungat. Dicunt ei, cur ergo Moses mandauit dare libellum discessio[n]is, & eam dimittere? Dicit eis, Moses pro auritia cordis vestrae permisit vobis dimittere uxores vestras: caeterum a principio non fuit ita. Dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob scortationem, atque aliam duxerit, moechatur, & qui dimisso duxerit, moechatur. Quo loco non possumus Romanorum instituta & leges non vehementer laudare, quippe quibus, vt alia multa, ita nominatim connubia sapientissime continebantur, vt horum iura diuino consilio magis, quam ipsius Populi Iudaici, responderent (\*). Erant Romanis Nuptiae maris ac feminae coniunctio, consortium omnis vitae, diuini & humani iuris communicatio. L. I. D. de ritu nuptiarum. Hoc quo valuerit, scite suo more docuerunt BARNABISSONIUS Lib. singulari de Ritu Nuptiarum, & alio de Iure connubiorum, & IO. GOTTL. HEINECKIUS, Antiquitatum Romanarum Synagmate, Lib. I. T. X. nec non ILLVSTRIS VIRI CHRIST. VLR. GRVPEN Tract. de uxore Romana. Hic sufficerit meminisse, nec conditorem reipublicae, ROMULVM, ciuibus potestatem fecisse dimittendarum vxorum, nisi vel veneficio sublati liberis, vel subditio parti, (\*\*) vel adulterio admisso (\*\*\*) Individuum vitae con-

(\*) Id quod etiam ex congruentia legum Romanarum cum diuinis, Leuit. C. XVIII. & XX. expofitis, patet. Cf. Mosaicarum & Romanarum legum collatio Tit. VI. de incelsis nuptiis, cum Notis PETRI PITHOEI, & ANT. SCHVLTINGII, in huic Iurisprudentia veteri Anti-Justinianea.

(\*\*) Sic vertunt verba PLUTARCHI, in nota consequente exhibenda, proprie *suppositione clauium* significantia. Cf. CLERICVS ad locum Mattheai, supra allatum.

(\*\*\*) PLUTARCHVS in vita Romuli, 13mo d[icit] uox r[ati]onis t[em]p[or]is, οὐ σφόδρα μή ετι ὁ γυναικ[η]ς δέδεις ἀπολέπων ἄνδρα, γυναικας δέ δέδεις ἀποβαλλεῖν τοι φρουραντ[η]ς τίνων, η πλειστὸν ἀποβαλλεῖν, ηγε μοχεύθεσσαν. Posuit & leges quasdam, ex quibus illa dura est, quae a muliere non patitur virum relinqui, at viro permittit illam, veneficio sublati liberis, vel *suppositis* clauibus, vel adulterio admisso, repudiare.

consuetudinem sine dubio innuunt verba legis Romanae  
 allatae *consortium omnis vitae*: ut *CVIACII* (\*) aut alio-  
 rum auctoritate haud opus sit. Ex his si ad *Connubium*  
*Christi cum ecclesia* transferimus, quae Christo & ecclesia  
 digna sunt, talis exsistit illius definitio: *CONNUBIVM*  
*CHRISTI CVM ECCLESIA* est *santissima inter utrumque*  
*societas, consortium omnis vitae, omnisque iuris com-*  
*municatio, familiae eius augendae & beatae causa inita.*  
 Excusa verborum vi constabat, quam recte sic, vti feci-  
 mus, rem omnium maximam definiuerimus. *Societatem*  
*sue pacto, commune bonum coniunctis viribus promouendi*  
*gratia inito, sue statu, in quo duo aut plures finem ali-*  
*quem coniugrum obtinere conantur, describamus, nihil a*  
*CONNUBIO CHRISTI CVM ECCLESIA* alienum reperi-  
*etis CIVES.* Commune bonum illud, vel finem commu-  
 nem, cuius gratia societas inter Christum & ecclesiam coi-  
 tur, nobis indicat Deus apud Hoseam II. 19. 20. *Desponsa-*  
*bo te mihi in seculum desponsabo te, inquam, mihi in iusti-*  
*tia, iudicioque, & benignitate, ac misericordia: & despon-*  
*sabo te mihi in fide, ut AGNOSCAS IEHOVAM.* Ad ve-  
 ram scilicet & saluificam Dei notitiam totum hoc refer-  
 tur coniugale foedus. Cum enim Deus per se beatissimus  
 sit, nec vt sit, ullius rei indiget: nullo alio consilio  
 mundum excitare potuit, quam vt alios suae felicitatis  
 particeps faceret, quod fit, si summas, quibus praedi-  
 tum est aeternum Numen, perfectiones non in transitu,  
 & quasi ad fulgura connuentes spectamus, sed dedita  
 opera intuemur, & vt se ipsum in verbo suo patefecit  
 cognoscamus: quae cognitio cum ipso Dei spiritu praec-  
 monstratore & auctore perficiatur, ab illo amore disiun-  
 da esse nequit, quo Christum amamus, eius sermonem ob-  
 seruantes, & a patre redamati, domicilium & templum  
 Dei efficiuntur. Ioan. XIV. 23. seq. I. Cor. III. 16. Verbo,

B 2

diui.

---

(\*) Vid. *EIVSD. Paratitla in Libros L. Digestorum, c. l. l.*

diuinae beatitatis communicatio est scopus, ad quem omnes illius connubii rationes sunt referenda. Iha communicatione & homo beatur, & dei gloria amplificatur, vt recte maximum inter Philosophos nostri temporis nomen viramque, Dei gloriam, & hominum veram felicitatem ita coniunctam esse sentiat, vt altera audita altera una intelligatur. Hanc admirabilem diuinac cognitionis, & inde pendentis nostrae, ad quam nati sumus, prosperitatis vim pulchre nobis hoc modo depinxit PHILIPPVS MELANCHTHON: (\*) Non casu ex Pyrrhae faxis, et in fabulis dicitur, natissimus, sed Deus suo consilio condidit genus humanum, UT AGNOSCATVR ET CELEBRETVR IPSE. Non recte igitur Silenus captus dixit, optimum hominibus fuisse non nasci. Et quanquam calamitatis nobis nostra culpa accesserimus: tamen auxilium nobis Deus politetur, nec extingui vult hominum naturam: vult esse coetus aliquos, in quibus de Dei voluntate sonet vera doctrina. Itaque propter tres causas aliquod virae spatiuum optandum est, videlicet UT DOCTRINAM PERCIPIAMVS, QVA SESE DEVS PATEFECIT, ET QVA NOBIS DULCIS SIMAM CONSVETUDINEM SVAM PROMITTIT: deinde ut diuturnitate temporis confirmetur in nobis DEI AGNITIO: postremo ut alius doctrinam impetravimus. His idem nobis dixisse videtur MELANCHTHON, quod nos de fine & bono communis, sanctissimis sociis, CHRISTO & ECCLESIAE proposito, statuimus: qui finis ceterum communis tantam animorum confectionem parit, vt nullo non tempore idem velle, & idem nolle possint, nec in illo alio societas genere tanta voluntatum coniunctio, tanta vniuersal concordia existat. Explicato fine, ad quem adspirant boni illius communis studiofissimi coniuges, de facultate huius societas ex instituto habemus dicere: quam vero partem Paraenesis nostra, tanquam propriam, sibi vindicat, nosque ultimo loco tractabimus, nunc de per-

(\*) In epistola ad AMBROSIVM SCHVRRERIVM.

personis hanc societatem incuntibus pauca dicturi. Ex altera igitur parte IESVS CHRISTVS is est, qui ecclesiam in matrimonium duxit, *genitus in carne ex semine Davidis, declaratus filius Dei, per virtutem, & Spiritum sanctificationis*: Rom. I. 3. 4. Promissum semen mulieris, quod caput serpentis contrivit, Gen. III. 15. *& hoc ergo, verbum, quod in principio erat, & ipsum apud Deum, & ipsam Deus erat, per quod omnia facta sunt, in quo via erat, & vita lus hominum, in tenebris lucens, quam vero tenebrae non comprehendunt*. Ioh. I. 1-5. *Misericordia in plenitudine temporis filius Dei, natus ex muliere, legi subiectus, ut legi subiectos redimeret, nosque recuperemus adoptionem*. Gal. IV. 4. Redemptor, qui nos redemit ab execratione legis, dum ipse pro nobis factus est execratus, ut in gentibus esset benedictio Abramae, & acciperemus promissum illum Spiritum per fidem, Gal. III. 13. 14. *Vnus iustus, per cuius unius obedientiam iusti constituerentur multi, sicut per unius hominis contumaciam peccatores multi olim constituti fuerant*. Rom. V. 18. *id estque, propitiatio, a Deo proposita per fidem in sanguine eius, ad monstrandum iustitiam suam propter peccata olim a nobis admissa, tolerante deo*. Rom. III. 25. 26. *Vir, Apocal. XXI. 2. qui sponsam suam, ecclesiam, proprio acquisiuit sanguine. Act. X. 28. יְהוָה בָּרוּךְ הוּא formosissimus omnium filiorum Adami, in cuius labiis gratia effusa est, cui deus propterea benedixit: heros fortissimus, gladio verbi sui cinctus, atque decore & gloria induitus, cum pompa veritatis incedens, iustitiam administrans, dextra sua cruentas dans strages inter hostes suos. Rex & Deus, cuius solium sempiternum, & sceptrum regni rectum est, iustitiam diligens, & improbitatem odio habens: Dei, a Deo uictus oleo laetitiae prae confortibus suis, ad cuius dextram coniux collata est, auro Ophirio ornata*. Psalm. XLV. *Vir, qui ecclesiam sic, uti maritos suas uxores diligere oportet, diligit, & se ipsum pro ea tradidit. Ephes. V. 25. Caput ecclesiae tale, quale maritus uxoris suae esse debet. ibid. 22. Vir, cui ministri ecclesiae, tanquam Pronubi aut Paronymphi, eam-*

dem desponent. II. Cor. XI. 2. Amator, cuius amor fortis est, uti mors, & zelus ardenter, ut flammæ diuinæ, quas nullæ aquæ extinguere possunt. Cantic. VII. 10. II. Amator, cuius sinistra est subter caput sponsæ, & dextra eandem amplectitur: qui adueniens præ amore scit super montes, & subultat super colles: Cant. II. 8. Amator candidus & rubicundus, totus desiderabilis. Cant. V. 9. 15. Et si vero Christus proprie sibi ecclesiæ matrimonio iunxit: haec tamen coniunctio ad reliquas diuinitatis personas etiam pertinet, cum non minus ad diuinam Christi naturam, quam ad humanam referant hoc connubium sacrae literæ. Coniunx tuus erit opifex tuus, cuius nomen Ichoua exercituum, & vindex tuus sanctus Israëlis, deus totius terræ vocabitur. Nam ut uxorem derelictam & dolentem reuocate Ichoua, & uxorem adolescentiae, quamvis spreta sis, appellat Deus tuus. Iesaiæ LIV. 5. seq. Sed hoc operose probandum esse haud censeo, & vel ex dictis liquido appetet. Satis verborum ad indicandum ECCLESIAE MARITVM fecimus. IPSA nunc etiam describenda, vel adumbranda est: quod sacrae scripture duœt conabimur. Nihil tamen impedit, quo minus laudabili aliorum opera uti possimus.

ECCLESIAM recte doctores Theologi per coetum fidelium definiunt, qui sub uno capite Christo, per verbum & sacramenta collectus, alitur, & per eadem ad aeternam salutem consruatur. Quam ecclesiæ descriptionem scite ex Ephes. IV. 15. 16. Psalm. XLV. 7. CX. vlt. & I. Petr. I. 3. 4. 9. tuerit ABRAH. CALOVIVS, Theologia positiva, §. 948. in consequentibus accurate monens, ecclesiæ proprium tantum esse fidelium & sanctorum communionem, adeoque ouili comparari, in quo sint omnes vocem Christi audientes, Joh. X. 15. 27. dicique sponsam Christi, Ps. XLV. & in Cantico Cantic. ut & Ej. LIV. 5. LXI. 10. Hof. II. 19. 20. Job. III. 29. II. Cor. XI. 2. Apoc. XXI. 8. quae membra habet unum corpus mysticum, inter se per fidem ac charitatem compacta. Eph. IV. 15. 16. Quandoque tamen Ecclesiæ vox notat communione totam, quae in externo coetu Christo colligitur, in quo fide-

fideles ad regnum coeleste congregati adsunt. Atque hac de causa comparatur Ecclesia cum retri, bonos & malos, viuos & patres pisces concludente, Matth. XIII. 47. cum agro, in quo & bonum semen, & zizania reperiuntur, Matth. XII. 12. vii in Artic. VIII. August. Conf. in ecclesia dicuntur etiam Hypocritae esse, qui ramen non sunt de Ecclesia. Ecclesia proprie dicta una est, sancta, inuisibilis, & perennis: cuius notae genuinae sunt sincera verbi praedicatio, & legitima Sacramentorum administratio. Una est Ecclesia, teste Apostolo. Eph. IV. 4. unum corpus Christi mysticum, v. 12. 16. I. Cor. XII. 27. unum ouile Job. X. 16. una domus spiritalis, I. Tim. III. 15. & ad hanc unam Ecclesiam pertinet coetus rum qui militat in terra, rum qui triumphat in celo, Ebr. XII. 18. 23. Confer Apoe. IV. 1. 8. VI. 10. 11. 12. Sancta est, quia est fidelium communio, fides vero sincera non est sine charitate vera, Gal. V. 6. Jac. II. 18. Eph. V. 25. 26. 27. Inuisibilis est, non tantum quod naturam: ratione fidei soli Deo perspectae, II. Tim. II. 19. sed etiam quod statum: cum aliquando possit inconspicua fieri, sicut luna in ecclipsi, I. Reg. XXIX. 14. Apoc. XIII. 14. Interea tamen licet lateat nonnunquam Ecclesia, haud destruitur tota, sed conseruator usque ad consummationem seculi, Matth. XXIIIX. 20. XVI. 17. I. Cor. XI. 26. Notae propriae sunt illae, e quibus verus Ecclesiae minister cognoscitur, vixate unde & veri discipuli cognosci possunt, Matth. XXVIII. 19. 20. Job. VIII. 11. quod fit per Verbum, & per Sacra, Aet. II. 41. I. Cor. XI. 26. Vestro bono cives, haec a viro Theologo mutuauimus, hoc maxime tempore, quo parum abest, quin verae ecclesiae ideam amiserimus, ex quo HOBESIUS in eius locum falsam substituit, ciuitatis, eiusque utilitatis ministram. (\*) Verum properat calamus

ad

(\*) Nefando HOBESII consilio & doctrina hic saltem opponimus pie eruditii viri CONRADI RITTERSHVSI praeclaram sententiam: Constat veteres Romanos habuisse religionem & sacra sua loco instrumenti ad conseruandum statum Reipublicae. Quae causa est, qua-

ad reliquorum definitionis nostrae partium explanationem. Statuimus **omnis vitae consortium esse CONNVIVUM CHRISTI CVM ECCLESIA.** Quod planissime aliter esse nequit. Cum enim & ecclesiae felicitas in hoc connubio solo consistat, & hominum felicitate ipse Deus beetur, vel

quare VLPIANVS in L.I. §. 2.D. de iustit. & iure, cum definitus esset ius publicum, quod ad statum rei Romanae, id est, reipublicae, spectet, mox subiicit hunc generi tanquam speciem ius sacrum, & alteram speciem faciat id quod in magistris consilit. Non ita sacra & sancta religio, quam nos colimus, & quam ab alio Pontifice didicimus, de quo praeclare & prolixè dicitur Paulus epist. ad Hebr. Quam etiam nouimus non debere esse instrumentum publicum, sed salutis animorum procurandae. Haec, inquam, non ex Heretico vel villa alia humana disciplina huius est: sed diuinus profeta, & per revelationem, quae est ex Spiritu sancto, generi hominum ostensa. De qua origine & autoritate religionis nostrae non est quod hic pluribus agamus: cum huius rei copiosior tractatio & explicatio petius ad Theologos pertinere videatur. Nota sunt, & vero omnibus esse delectare haec scripturae diuinissimae inspiratae dicta: Ex Sion exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Item, qui annuntiat verbum suum Iacob, & iudicia sua Ioseph, Psalm. 147. prope fin. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Item Psalm. 103. v. 7. Notas fecit Moysi uias suas: filii Israël voluntates suas. Sic Esa. 8. v. 20. ad legem & testimonium, &c. Item Esa. 40. v. 8. Verbum Domini nostri manet in eternum. Quo respexit Salvator apud Lucam 21. item, per Spiritum Sanctum impulsu olim locuti sunt sancti Dei homines, 2. Petr. 1. v. 20. Item, Deum nemo vidit inquam: Filius, qui est in sinu patris, enarrauit nobis Ioh. I. Summa autem hic redit: Veram religionem ex patefactione diuina descendere: quae nos & de essentia Dei docuit, quantum saluti esset satis: & de voluntate eiusdem, & de ipsis colendi vera ratione. Patefactionem vero illam, & lucem coelestem, sine qua in meritis versaremur tenebris, in scripturam esse redactam: quam propter excellentiam vocamus Sacram, & Sacra Biblia: item vulgo libros Veteris & Novi Testamenti sue Foederis: item libros Propheticos & Apostolicos. Hinc igitur petendum est, quod & ad fidem rectam, & ad mores viuendi pertinet. Si scire vis, quod tenendum sit, habes litteras

vel Dei beatitudo & gloria hominum prosperitate augeatur, caeterum ab eius veritate, sanctitate, & constantia alienum foret, huius beatitudinis vicissitudines probare, eidem paucam dare, aut finem facere: liquido consequitur, hoc sibi consilio ecclesiam matrimonio iunxit Christum, ut sempiternum esset consortium, nec vlla temporis aut fortunae iniuria dirimeretur. *Quamvis montes recederent, & colles dinovererentur: attamen benignitas mea a te non recedet, & foedus pacis meae non dimicabitur, ait misericordia tua Iehoua.* Iesu LIV. 10. Quod foedus gratiae & pacis eum coniugii Christi cum ecclesia fundamentum & initium sit, ad eius perennitatem demonstrandam omnino valet. At nec hoc quidem dubium est, adeoque orationis operam compendificare possumus. *Omnis autem iuris communicationem hoc coniugium continere, diuina oracula satis declarant, & hoc in primis docent, quod proprium generis humani ius, primorum parentum culpa, nullum reliquum sit, nisi perduellium obligatio ad supplicium pro meritis perforandum: ad quod cum laesa maiestas & aeterna Dei iustitia vix conditum rebelle genus hominum, flagitio & infamia flagrans, raperet, continuo eius intercessit misericordia, in se recipiens, fore, ut e poteſtate ſe pulcri redimereret perditos, & a morte eos vindicaret,* Hos. XIII. 14. I. Cor. XV. 54. quae quidem sponfio his facta est verbis: *inimicitiam ponam inter te, (serpentem) & mulierem, ſimiliterque inter ſemen tuum & ſemen illius: hoc tibi conteret caput, tu autem inſidiaberis calceo eius.* Quod

C

ante-

teras sacras: Perfecta ratio est, hoc teneri quod legeris: ut ait notabilior Salutarius Massiliensis lib. 3. de gubernat. Dei p. 59. Conſimiliter & IRENAEVS lib. 3. aduersus haereses p. 189. Firma est, & non ficta, & ſola vera, quae ſecundum nos est, ſed manifestam oſtenſionem habens ex ſcripturis. Cf. RITTERSHVSIJ Ius Iustinianum, ſive Expositio Nouellarum, P. I. Cap. I. n. 4. 5. Ex quibus ſatis perpicuum est, religionem per ſe nullo modo partem eſſe reipublicae adminiſtranda, vel imperii ciuilis.

antequam perfectum est, certissime perfectum iris sic confirmavit divina veritas, ut Prophetae tanquam faciem praeloquentur: morbos nostros perirent, & dolores nostros batulauit: quamuis nos aestimauerimus eum plaga affectum, percussum a deo, & adfictum. Nam ipse vulneratus est proprie iniquitates nostras, & attritus propter sceleram nostra, castigatio & disciplina pacis nostrae ei imposita est, & vulneribus eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, unusquisque siam in viam declinauit: & leboua facit, ut is pro nobis omnibus poenam subeat. Exigitur poena ab eo, & ipse affigitur, nec aperit os suum, ut pecus ad mactationem ducitur, & velut ovis coram tonsore suo obmurescens non aperit os suum. A iudicio liberatus est: at generationem eius quis enarrabit? nam excinditur quidem e terra viventium, ex defectu populi mei plaga est ipsi. Populus enim exposuit improbis sepulcrum ipsius, & diuinit in mortem suam, eo, quod non fecit violentiam, nec est dominus in ore ipsius. At Iehova delectatus conterere ipsum, morbo afficit, quandoquidem exponebat se ipse sacrificium pro reatu: dicens, videbit semen, prolongabit dies: & delectatio lebouae per ipsum prosperabitur. Exemptum molestia se ipsum videntes satiaribut, cognitione sui iustificabit iustus seruus meus multis, quorum iniquitates ipse batulauerit. Idecirco partem ei dabo pro multis, ut cum robustis paritatus praedam, pro eo, quod profundit in mortem se ipsum, & cum defectoribus annumeratus est, nam ipse peccatum multorum perfenserens pro defectoribus intercessit.

El. LIII. 4. sqq.  
Haec quando omnia exigebat aeterna dei iustitia, siue bonitas ad sapientiam relata, cui vniuersum genus hominum suo satisfacere supplicio nequibat: diuino consilio ipse deus constituto tempore hominem induit, & ita induit, ut non ad tempus imaginem hominis ferret, quod commentitios deos nonnunquam fecisse, fingunt a sacris Christianis alieni scriptores, sed ipsam mortalitatem, vel natu-

ram

ram humanam, aeternum retinendam, assumit, & cum diuina natura arctissima colligatione coniunxit & deuinxit, ut in similitudine carnis peccati & de peccato damnare Deus posset peccatum in carne. Rom. VIII. 3. Cui rei explicandae verbis Poëtae Comici valde accommodatis ut licet. *Formam & statum seruuli sumit sibi filius Dei, & facta moresque serui similes habuit, & quod esse non poterat, malus iudicatus est,* scilicet pro malis, & a malis hominibus. Quibusunque igitur miseriis & aerumnis omnes & singuli premimur, quaecunque pericula nobis subeunda sunt, quibusunque procellis & tempestibus agitantur, qui vel maxime iisdem expositi sunt, quibusunque suppliciis tantum vel infelicissimi, vel maxime nequam homines excruciantur, iisdem omnibus conflictatus est Christus easdem omnes acerbitates exceptit, iisdem maximis tandem cruciatibus numero viuorum exturbatus est. *Quis hoc modo iura generis humani cum Christo communicata esse negabit; cum, quod maximum est, pro nobis execrabilis, immo ipsa execratio, varia factus sit, ut scriptum est: execrabilis omnis suspensus in ligno.* Gal. III. 13. Idem nos insignis locus, quali in rem praefensem introducens, monstrat, que iura sua nobiscum contra Christus communicauerit, suam nobis iustiam impertiendo, nosque redimendo ab execratione legis, factus pro nobis execratio. Cf. Luc. I. 68. 74. Hebr. II. 15. I. Thess. I. 10. II. Thess. III. 2. Tit. II. 14. I. Pet. I. 8. Quod beneficium, eti maximum est, maximum donum, quo sponsam suam ornauit Christus: tamen eo non exhaustus est aeterni amoris fons. Plura alia in sponsam & coniugem suam congetturi, quae paucis complexus est HESKEI, diuino instatu futura praenuncians: Cap. xxvi. 25. seq. *Aspergam vos aquis mundis, ut mundemini ab omnibus impuritatibus vestris, & ab omnibus stercoreis diis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & amouens cor lapideum e carne vestra, indam vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam*

ponam in medio vestri, quo faciam, ut in statutis meis ambuletis, & iura mea obseruetis, facientes ea. Totam hic locus renascendi rationem, veram salutis nostrae viam, & praecipua cum ecclesia communicata iura continet & concludit. α) CRIMINIS DEPVULSIONEM, secundum diuinam promissionem Zach. XIII. 1. Die illo erit fons apertus domini Davidis, & habitatoribus Ierusalaimorum, ad ablenda peccata eorum. & Iesa XL. 1. 2. Consolamini, consolamini populum meum, dicit Deus vester: Louquimini blande & quae sunt cordi verbi Ierusalaimorum, & praedicate ei, completum esse tempus praefinitum, depulsum esse crimen eius, & accepisse eam e manu Iehouae duplum pro omnibus peccatis suis. Conf. Hebr. VIII. 1. Ero propitius eis, & condonabo ipsorum iniquitatibus, nec eorum amplius recordabor. β) Alterum beneficium, cuius mentionem fecit Ezechiel, est REGENERATIO. Nisi enim quis renatus sit, non potest videre regnum dei. Joh. III. 3. & 5. Quisquis in Christo est, creatura est noua. II. Cor. V. 17. Non est circumcisio aliquid, sed creatura noua. Gal. VI. 15. Diuina vis omnia nobis donavit, quae ad vitam & pietatem pertinent, per cognitorem eius, qui vocauit nos ad gloriam ac uitatem: ex eo, quod maxima illa nobis & pretiosa promissa donavit, ut per haec efficeremur DIVINAE NATVRAE CONSORTES, elapsi ex corruptione, quae est in mundo per cupiditatem. γ) Terium beneficium est RENOVATIO, sive perpetuum sanctitatis studium, quo veterem hominem exquirimus, cupiditatibus resistentes, & spiritu mentis nostrae renovamur, nouum hominem induentes, qui a Deo creatus est in iustitia & vera sanctitate, Ephes. IV. 22. seq. Secundum imaginem eius, qui hominem condidit: Colos. III. 8. seq. δ) Praeter haec Propheta indicat REMEDIA, quibus ecclesiae, eiusque membrorum saluti subuenit, nosque beneficiorum illorum compotes facit diuina bonitas: quorum alterum inuisibile est, alterum visibile. Illud est SPIRITVS SANCTVS, de quo & Zacharias Cap. XII. 10. effun-

effundam super domum Davidis, & super habitatores Ierusalem  
 & Iacobimorum, SPIRITVM GRATIAE ET DEPRECATIONVM. Hoc, sive visibile remedium est A QVA, qua Dei  
 spiritus sine dubio baptismum significavit, cuius virtutem  
 Christus Ioh. III. 5. his verbis expressit: nisi quis fuerit genitus ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.  
 Et Paulus Tit. III. 5. salvos nos facit per misericordiam suam, lauacro regenerationis. Nec non Ephef. V. 26. Ministrat Christus ecclesiam lauacro aquarum & VERBO: Quia ultima voce id in medium attulit, unde omnis aquae vis  
 pendet, & sine quo tota frigeret, siquidem & ipse  
 Dei Spiritus cum verbo est, & per illud agit. Etsi  
 vero tantus est numerus diuinorum beneficiorum, quibus suam afficit coniugem Christus, ut non omnia  
 capere & considerare humanus queat intellectus: tamen  
 reliqua omnia laudatis inuoluuntur, eat eadem conse-  
 quuntur. Nam & adoptio, sive filiorum ius liberationi  
 a culpa, sive iustificationi cohaeret, vel eandem prone  
 consequitur, & aeterna vita reliquorum beneficiorum est  
 complementum, vixque magis a salute regenitorum, dum  
 spiritum ducunt, differt, quam hereditatis aditio & fructus  
 ab eius delatione. *Ipse spiritus testatur spiritui nostro, quod sumus filii dei.* Si filii sumus, etiam heredes Dei sumus, &  
 coheredes Christi, vt si patiamur cum eo, etiam cum eoglorificemur. Rom. VIII. 16. *Spe seruati sumus.* ibid. 24. *Quis nos separabit a charitate Christi?* (omnis beatitatis fundamento,) adflictio? aut angustia? aut persecutio? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius? in his omnibus vincimus per  
 manus eius, qui dilexit nos. ibid. 35. seq. Nunc filii Dei sumus, sed nondum apparuit, quia erimus. Scimus autem fore, vt quem apparuerit, similes ei erimus, quoniam videmus eum sicuti est I. Ioan. III. 2. 3. Videbimus nempe, quod oculus non vidit, nec auris audiit, nec in mentem hominis venit, quod paravit Deus iis, a quibus ipse diligitur. I. Cor. II. 9. Verum & haec Deum fidelibus iam in hac vita per

Spiritum suum reuelare, affirmat Paulus. I. c. v. 10. Deposatum, ~~ταπαθήν~~, res fidelium propria, iam hic est vita aeterna. II. Tim. I. 12.

Vt in pauca conferamus, tanta iurium, forte naruni, & omnium rerum communio inter nullos socios, inter nullos coniuges esse potest, quam quae inter Christum & ecclesiam est. Nam & naturae inuicem communicatae sunt: quod inter homines haud vsu venit. Culpa sponsam exemit, & eandem in se transmouit Christus. Suam fecit misericordiam coniugis, & amissam ei reddidit salutem: humanam assumit naturam, diuinae sociam fecit coniugem, & omnium bonorum confortem. Totus Christus noster est, si modo habere velimus. Quin comedendum corpus suum, & sanguinem suum bibendum ecclesiae dedit, & quotidie dat, & ita dat, vt non solo animo, solo spiritu, sola fide accipiatr, sed etiam ore corporis manducetur, & bibatur. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne est communicatio, novicia, sanguinis Christi? Panis, quem frangimus, nonne est communio corporis Christi? novicia hic non magis communicationem, quae solo animo fit, designat, quam apud XENOPHONTEM, & alios ab HENRICO STEPHANO in Thesauro Graecae Linguae laudatos auctores, solam animorum coniunctionem significat novicia, cum de communione, quae inter coniuges obtinet, loquuntur. Sane nec primitiae ecclesiae dubitarunt, quin cum pane benedicto corpus Christi, & cum calice sanguis Christi accipiatur. Quomodo, inquit IRENAEVS aduersus baceres Valentini, & similium, Lib. IV. Cap. XXXIV. quomodo constabit eis, eum panem, in quo gratiae actae sint, corpus esse domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quae a corpore domini & sanguine alitur. Nofra confonans est sententia Eucharistiae, & Eucharistia rursus confirmat nostram*

stram sententiam. Offerimus enim ei, quae sunt eius, con-  
gruenter communicationem & unitatem praedicantes car-  
nis & spiritus. Quemadmodum enim qui est a terra panis,  
percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est,  
sed Eucharistia, ex duabus rebus constans,  
terrena et coelesti: sic et corpora no-  
stra, percipientia eucharistiam, iam non  
sunt corruptibilis, spem resurrectionis  
habentia. Quae cum ita sint, haud impiæ, haud profane  
sic existimamus, et si nemo sanus talēm corporum coniunc-  
tionem, qualis inter coniuges sobolis procreandas caus-  
sa sit, Christo & ecclesiae conuenire putabit, tamen illam  
corporum coniunctionem & communionem restare, quam  
sacramentum coenæ, & Eucharistiam appellat ecclesia, tan-  
tum mysterium, ut rationi humanae plenum absurditatum  
videatur, sicuti ipsa contra fidelibus in rebus fidei bruta vi-  
detur. Plura de hoc cum non capiat nostrum programma, ad  
reliqua pergo. Restat, GIVES, ut explicemus, quid sibi  
velint nostræ definitionis verba: Familiae Christi augen-  
dae & beatae causa inita societas. Diferte praedicant fa-  
cere literæ, Deum filios gignere verbo suo, siue sermone ve-  
ritatis, Iac. I. 18. & Iesum honore & gloria coronatum, ad  
eandem filios adducere, qui omnes ex eo uno sunt, dicentes:  
ecce ego & pueri, quos mihi dedit Deus. Ebr. II. 9. 10. 13. Ad-  
hoc explicate ait Apostolus, Hierusalem liberam, quae  
mater nostra est, filii abundare. Gal. IV. 26. 27. Non aliam  
autem matrem intelligit, quam ECCLESIAM, mulierem,  
matrem filii, gentes virga ferrea regentis. Apocal. XII.  
4. 5. Eodem nempe confilio, quo hominum genus con-  
didit Deus, eorumque animos ad diuinitatis exemplar princi-  
pium conformauit, eodem eosdem, non unum & alterum,  
sed si paterner, omnes, ab interitu retrahere studet, &  
omnes ad salutem renasci cupit: quippe quo diuina gloria  
liquido multiplicatur. Quo plures igitur homines per  
sermonem veritatis regnij se patiuntur, hoc magis diu-  
no-

norum in omne genus hominum meritorum fama illu-  
 stris augetur, mentesque humanas peraugatur, hoc magis  
 Deus imaginum suarum, hoc est beatorum hominum,  
 accessionibus laetatur, suasque perfectiones tanquam in  
 speculis contemplando, delectatur, sibique multiplicatas  
 opportunitates beneficiis aeternis adisciendi humanum  
 genus gratulatur. Sicuti vero diuina sapientia haud indi-  
 gnum fuit, hominum genus paucis, nempe duobus cre-  
 atis, per se multiplicari: ita nec ad propagandum fideli-  
 um genus, & augendam ecclesiam, opera hominum uti  
 designatus est Deus. Non contentus, olim sibi *hominum*  
*veri diuini cultus caussa sociorum coetum*, tanquam aedi-  
 ficium, ipso fundatore, veluti angulari lapide, nixum,  
 condidisse & excitasse, *eundem verbo suo*, & spiritu effecto-  
 re, atque ministerio fidelium, in primis ecclesiae manci-  
 patorum hominum, quos *C I E R V M* vocamus, conser-  
 vat, & perpetuis accessionibus mactat Christus. Hac  
 mente ipse dedit Apostolos, Prophetas, Euangelias, Pa-  
 stores, & Doctores, ad perfectionem sanctorum, ad opus mi-  
 nisterii, ad aedificium Christi. Donec perueniamus nos or-  
 mnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum  
 adultum, ad mensuram plenae statuae Christi: ut ne simus  
 amplius pueri, qui fluctuemus, & circumferamur quoquis  
 vento doctrinæ, in hominum alea, per veterotoriam ad ar-  
 tificiose fallendum versutiam: sed sincere nos gerentes in cha-  
 ritate, prorsus adolescentiam in eum, qui est caput, nempe  
 Christus: Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum,  
 & compactum per omnes suppeditatas compituras, ex vi  
 intus agente pro mensura vniuersitatisque membra, incremen-  
 tum capit corpori conueniens ad sui ipsius extirctionem per  
 charitatem. Ephes. IV. ii. seq. Cf. I. Cor. XII. 27. 28. Ea-  
 dem mente Apostolos docere & baptizare, & seruare omnia  
 quae mandauit, iussit, non homines suae aetatis solos, sed  
 omnes gentes, promittens fore, ut usque ad consumma-  
 tionem seculi docentibus & ministrantibus adsit. Matth.  
 XXVIII.

XXVIII. 19. 20. Tacemus, quae doctores Theologi rectissime instituunt de perpetuo Christi Prophetico officio, quo per ministerium ecclesiasticum hic fungitur, cui partes suas, vt in multis aliis, tradidit, & ita tradidit, vt ipse numquam otiosus sit, sed quae Paulus plantat, & Apollo rigat, ea crescere faciat. I. Cor. III. 6. Caeterum hoc etiam honore ministros dignatur, vi & ipsos genitores laudet, quorum ministerio Christus in auditoribus formetur. Gal. IV. 19. Ex quibus haud obscurum est, familiae Christi augendae & beandae causa factam esse, & conservari sanctissimam inter Christum & ecclesiam societatem. De cuius

NATALI nunc etiam pauca commentabimus.

Non est in animo hic disquirere, vrum recte, an minus, dies octauus ante Calendas Ianuarii memoriae nativitatis Christi solenniter recolenda causa constitutus sit? cuius rei solidam rationem, vel in monumentis Apostolicorum seculorum, vel in diuinis oraculis qui quaerant, frustra esse, ait SAMUEL BASNAGIVS. (\*) Vtunque sit, pro magnitudine tamen accepti beneficii populum Christianum solemnia sacra iure decreuisse, quibus, seruatoris sui memoria ne labaret, neue abiret, cautio esset, alio loco expediuiimus. Pia solennitas, & salutaris ceremonia est, si modo cum eo, quod stat tempore, & certo modo sit, quod aure percipitur, ore oratur, praedicatur, docetur, & quicquid diuini honoris causa publice, aut priuatim peragitur, cor & animus consentiat: si modo non verbis solis Deo, quod homo natus sit, gratia agatur, sed etiam re habeat, veraque fide referatur. Sed hoc agimus nunc, vt

NATALEM CHRISTI etiam CONNVBI EIVS CVM ECCLESIA NATALEM esse, doceamus. De quo sic habetote CIVES. Etsi ECCLESIA, sive pro coetu hominum veri diuini cultus causa sociorum, sive pro communione eorum, qui Euangelium amplectuntur ac profitentur, eandem accipiamus, non demum cum Christo nata est, sed

(\*) Annalium Politico-Ecclesiasticorum. T. I. p. 118. seq.

am ante, quam diuinum cum humano genere copularetur, extitit, siquidem corpus Christi omnes sunt sancti, ita eum credentes venturum esse, sicut nos venisse, (\*) id quod ex Gen. III. 15. XIV. 3. XVIII. 18. XXVIII. 14. XLIX. 10. Et. IX. 6. 7. XXV. 8. Pf. LXXII. 17. CX. 1. 4. Et. LIII. 3. 4. 10. Hagg. II. 7. 8. Dan. IX. 24. 25. Ephes. IV. 4. 5. 6. I. Tim. II. 4. 5. Act. IV. 12. XV. 1. Matth. XI. 27. Joh. XVII. 3. Act. XVII. 31. fatis perspicuum est: tamen inter ecclesiam veteris & noui foederis hoc interest, quod a) illa Christum venturum cum timore sperauit, non praefente lactata est, ut ecclesia noui foederis: b) illa sub iugo Mosaicae legis gemuit, quod ab huius ceruice depulsum est: c) illa Iudeorum propria arctissimis circumscripta erat finibus, siquidem Gentes a conuersatione Israëlis alienati, hospites testamentorum, promissionis spem non habuerunt: (\*\*) qui nunc in sanguine Jesu prope sunt. Ipse enim fecit viraque unum, & medium parietem maceriae soluens, inimicitias per carnem suam, & legem mandatorum aboleuit, ut ex duobus illis condenseret in semet ipso unum nouum hominem, faciens pacem, & virosque in uno corpore reconciliaret Deo per crucem: Ephes. II. 13. seq. d.) Ecclesiae Iudaicæ conditio erat seruilis, Christianæ est liberalis. Gal. IV. Pf. CX. Luc. I. 74. e.) Iudaica Ecclesia sub graui & adeo severo imperio fuit, ut talia delictis supplicia essent constituta, qualia vix villa vel respublica, vel ecclesia fert, e. c. poena capitis propter Sabbathum violatum. f.) Vimbram futuro-

(\*) AVGVSTINVS de catechiz. crudibus, Cap. VI. Conferatur HINC MARVS REMENSIS de Praedestinatione, Cap. VI. Operum Lutet. Parif. MDCXLV. edit. p. 392.

(\*\*) Profelytis aditus ad foedus non omnino patebat, certe non pari iure, cum Iudeis vtibantur, V. IOAN. SELDENVS de iure naturali & gentium iuxta disciplinam Hebreorum, Lib. I. cap. VIII. & de Successionibus, cap. XXVI. L SPENCER de legibus Hebreorum ritualibus, Cap. VI. quo de separatione Iudeorum a gentibus egit. HAMMONDVS & CLERICVS ad Nouum testamentum, Ephes. II.

turorum habebat illa, haec corpore & substantia gaudet. Coloss. II. 17. Ebr. VIII. 5. X. 1. Silemus reliquas differentias, his efficientibus, disparem valde veteris, & noui foederis, antiquae, & a Christo conditae ecclesiae conditionem fuisse, atque tale inter utramque discrimen, quale est inter sponsam & coniugem, quae sine dubio maioribus, quin a liis plane iuribus gaudet, atque illa: quod, cum nemo reclamat, argumentis a jurisprudentia repetitis euincere haud opus est. *Sponsa* fuit ecclesia Iudaica, non *coniux*, iurium coniugis expers, sane praecipuorum, e. c. non venit in communionem corporis & sanguinis Christi, quam sacramentalem appellamus, ut reliqua taceam. Fuit meo iudicio, ante Abramum, *pacta*: interposita vero ab eo stipulatione, hac deinde Moysis actate publice repetita, tum a singulis, qui ecclesiae nomen dederunt, (quod factum, vel confirmatum est, quoties circumciderentur,) *sponsa* fuit: contra ex gentibus demum colligenda ecclesia, nisi me omnia fallunt, ante Christum natum, *sperata* erat, voce sic accepta, vt NO-  
NIVS eam explicat. (\*) Ex quo autem Christus humanaam induit naturam, idem ipse cum ecclesia tali vinculo copulatus est, quali non sponsum cum sponsa, quos sola coniunctio animorum decer, sed maritum cum uxore coniungi, par est. Quod explicate ait Apostolus, Ephes. V. 25. seq. *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam suam, & Je ipsum tradidit pro ea, ut sanctificaret eam, & mundaret eam lauacro aquarum & verbo: ut sisleret eam sibi gloriosam, ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut sit sancta & inculpata, Ira conuenit viris, ut diligant uxores suas, tanquam corpora sua. Qui enim uxorem suam diligit, se ipsum diligit.* Nullus enim unquam corpus suum odit, sed nutrit & sive*spfsum*

D 2

(\*) De proprietate sermonis V. 69. Inter SPERATAM dictam, & PACTAM, & SPONSAM hoc interest, quod virgo prius quam petatur, SPERATA dicatur. Dehinc promissa vel PACTA, vel SPONSA dici potest. Cf. ARNOBIVS aduers. gentes, IV. p. 140.

*ipsum*, sicut Christus Ecclesiam. Quoniam  
 membra SVMVS corporis eius, et ex carne  
 eius, et ex ossibus eius propter hoc relin-  
 quet vir patrem svum, et matrem svam,  
 et adhaerabit vxori svae, et erunt am-  
 bo una caro. Hoc mysterium magnum est:  
 ego autem dico de Christo, et de Ecclesia  
 eius. Videlicet CIVES, assumta denum a Christo humana  
 natura, sanctissimae illi inter eum & ecclesiam societati, quae  
 omnis vita confortum, omnisque iuris communionem  
 continet, locum fuisse, & ita fuisse, ut sicuti ante natum  
 Christum Spiritus sanctus parcus sua hominibus dona  
 tribuit, ita nato Christo, maxime vero post eius redditum  
 in coelos, copiosissime effuderit gratiae & sanctificationis  
 dona, & ipse se humano cum genere lubentissime  
 communicauerit, quod adhuc facit, & ad finem temporum facturus  
 est. Ioh. XVI. 7. Ex hoc tempore ecclesia de eo gloriori &  
 iactare se potest, quod omnia eius sunt, & Paulus, & Apollo,  
 & Cephas, & mundus, & vita, & mors, & praesentia, & fu-  
 tura, ipsa autem Christi, & Christus Dei. I. Cor. III. 21. seq.  
 O foecundam prosperitatum, o salutis plenam Christi na-  
 tivitatem! Quem amor erga homines hominem fecit, is  
 naturae nostrae menda, & peccata correxit: is vulnera no-  
 stra sanavit: is morte sua nostram deleuit mortem: is  
 perditos filios apud patrem in gratiam posuit: is, nullo un-  
 quam aduersus vitio, matrimonio sibi iunxit non pau-  
 perem modo feruam, sed etiam olim scelestum Satanae  
 prostibulum, suo lotum sanguine & expiatum. O rem  
 omnium gentium linguis celebrandam! O connubium felici-  
 simum, cuius initium adeo auspiciatum fuit, ut etiam be-  
 atorum Chorus geniorum humano generi, praerogativam  
 amoris, diuini consecuto, gratulabundus acclamauerit:  
*gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bene-  
 placitum.* Qui dubitaribit, quin NATALEM CHRISTI, qui idem  
 CONIVBII EIVS, CVM ECCLESIA NATALIS est, NATALEM tam  
 salu-

Salutarem, ultra omnem aeternitatem festum habere, eoque mentem nostram a sensibus externis securare, nosque totos contemplationi, & considerationi tantarum rerum dare debeamus?

Quo aequius est, cives, nos, in medio ecclesiae verae gremio natos atque educatos, ea cogitare & facere, quae res postulat, officium nostrum urget, salus flagitat. Huius si vel animantia bruta sensu & cupidine non plane carent, multo magis homines salutis desiderio & cupiditate adfici, immo inflammari, & angi, conuenit. Atqui licet esse felicibus, quibus sua salus curiae cordique est. Sed ea lege licet, ut Prophetas monitore, (\*) & audiat coniux vocem mariti, sermonem veritatis, in quo scrutantes vitam aeternam inueniunt. Joh. V. 39. (2) Ut obliuiscatur populi sui, & domus patris sui: hoc est, quae prius ei cara & iucunda fuere, ut ei omnia sordeant prae amore mariti. Oblivio enim vanitatem seculi, immo popularium, familiac, maiorumque, verbo abnegatio sui ipsius necessaria est. Math. X. 37. XVI. 24. Phil. III. 13. I. Joh. II. 15. Eph. IV. 22. seq. (\*\*) (3) Vt marito, ut domine, subdita & morigera sit. Ephes. V. 22. 23. 24. (3) Ut ei placere formositate sua, (hoc est sanctitate, tum impurata, tum inchoata,) studeat. I. Thessal. V. 7. Hebr. XII. 14. Illuxit enim gratia Dei salutifera quibusvis hominibus, erudiens nos, ut abnegatis impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter, iuste, & pie vivamus in praesenti seculo: expectantes beatam illam spem, & illustrem illum aduentum gloriae magni illius Dei ac Seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniustitate, & purificaret sibi ipsi populum pecuniam, accensum studio honorum operum. Tit. II. 11. sequuntur. Haec est illa sanctitas, a fide nunquam se iuncta, vera sci-licet & solida: qualis minime est vana & otiosa, quam B.

LUTHERVS den Maul-Glauben appellat, vtriusque indo-

D 3

lem.

(\*) Psalm. XLV. 10. seq.

(\*\*) Conf. GEIERVS ad c. Psalm. XLV.

lem praecitate explicans, in aurea sua praefatione ad Epistolam Pauli ad Romanos. Hoc modo, CIVES, si Christo adhaereamus, hoc modo si ipse nobis in animo haeret, bene nobiscum agitur, erecti praeclarissimae conditionis nostrae conscientia, nihil unquam de casu aliquo queremur, quin immo de afflictionibus gloriabimur, memoris illius Paulini: *quem diligit dominus, eum castigat, flagellat autem, quemcumque filium agnoscit.* Quid si epis  
absque castigatione, cuius participes omnes sunt facti, sive  
posititi estis, non filii. Agedum CIVES, inducete nobiscum in animum, nunquam ullam rem interuenire posse tantam, quae nati Christi memoriam ex animis nostris oblitteret, queae nos moueat, vt ei, valeas, res tuas tibi habeas, reddas meas, dicamus: quin moti nos satius esse statuamus, quam stercorum deorum cultum renouare, fructuque consuetudinis & amoris Christi carere. Resecemus a nobis omnia inania & immoderata, sic ceterum animati; vt ne probitas apud nos, mercenaria videatur, nec animis concidamus, ybi aspera, tristia, & iniqua pati nos oportet. Enim uero haec ipsum Dei Spiritum vos docero, ab ipso ecclesiae marito haec proficiisci conuenit, & necesse est. Quare nihil reliquum est, quam vt ad communem de nato Christo laetitiam nos, quotquot in viuis verae ecclesiae communionem venimus, inuicem hortemur, & excitemus, PRUDENTIO praeceunte: (\*)

*Gaudete, quidquid Gentium est,*

*Judea, Roma, & Graecia,*

*Aegypte, Thrax, Persa, Scytha,*

*Rex unus omnes pessidet.*

*Lauda-*

---

(\*) Hymno XII. de Epiphania.

31

Laudate vestrum Principem

Omnis beati, ac perdit, (\*)

Viui, imbecilli, ac mortui.

Jam nemo posthac mortuus. (\*\*)

P. P. In Academia Iulia - Carolina die VIII. Calend. Ian.

A. R. S. MDCCXXXVII.

(\*) Beatos vocavit Poeta, quibus res sunt prosperae: perditos, qui variis malis adfiguntur. Cf. ERASMI ROTEROD. *Clementar. in hunc PRUDENTII Hymnum.*

(\*\*) Cum Christo omnes viuunt. AELIUS ANTON. NEBRISSENSIS, Annotat. ad PRUDENTIVM. Et ERASMO interprete: siue morimur, inquit Paulus, siue viuimus, Domini sumus. Qui viuit ac valet, viuat Principi suo, qui in hoc vitam largitur, ut redditur melior: qui aegrotat, laudet regem suum, qui nostris bono morbos immittit: qui moritur, laudet principem suum, quoniam transfertur ad vitam feliciorem. Neque enim iam mors dicenda est, quae recta perducit ad vitam aeternam, per Jesum aperto regno caelorum. Non enim moriuntur, sed obdormiscunt, qui moriuntur in Christo, ad angeli vocem & corporibus experrecturi.



13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.

13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.  
13.12.1795  
C. D. L. C. A. S. A. C. G. G. S. A. V. A. C. S. A. G. G. S. A. V.




01 A 6538



5b.





37

PROGRAMMA  
DE  
**NATALI CHRISTI,**  
CONNVBII EIVS  
**CVM ECCLESIA NATALI.**  
FESTO

NATIVITATIS CHRISTI

A. R. S. MDCCXLVI

IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P.

INTERPRETE

IOAN. GVLFGANG. KIPPINGIO,

ICTO ET ANTECESSORE, ACADEMIAE P. T.

PRO-RECTOR E.

---

HELMSTADII

TYPIS PAULI DIETERICI SCHNORRII

ACAD. TYPOGR.